



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 5. Retorsiones in Adamum, dæmonem malum, & alios à Deo facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)



*Sape super ripam stagni consistere, sape  
In gelidos resilere lacus, sed nunc quoq; turpe  
Litibus exercent linguas, pulsoq; pudore  
Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere  
tentant.*

*Vox quoq; jam ranca est, inflataq; colla tunc  
mescunt,*

*Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus.*

*Terga caput tangunt, colla intercepta videtur,  
dentur,*

*Spina viret: venter, pars maxima corporis,  
albet:*

*Limosoq; noua saliant in gurgite rana.*

*Ita falsa Dea fingitur puniuisse veros con-  
uitatores, ranis merito in ripa, aut aqua  
identidem coaxantibus comparandos.*

§. V.

*Retorsiones in Adamum, demonem malum,  
& alios à Deo facta.*

*Verus Deus conuitia, sine conuitio, in  
authores suos refundit. Mirè permulfit pri-*

*Gen. 3. 5. mos parentes nostros illa cantilena: Eritis  
sicut Di, scientes bonum & malum. Præuari-  
cati sunt; & tunicis pelliceis induti audierūt:*

*Ibid. v. 22. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens  
bonum & malum. Insignis hæc ironia & sar-  
casmus erat, quo indicatum est, quàm dis-  
similis*



similis factus esset, qui Dei similitudinem affectarat. Neque enim immortalis, & corpore carens Deus pelliceis tunicis indiget.

At talibus oportebat indui peccatorem, inquit Origenes, qua esset mortalitatis, quam primo peccato acceperat, & fragilitatis eius, qua ex

Orig.  
hom 6. in  
Leuit.

carnis corruptione veniebat, iudicium. Itaque, qui volebant esse, ut Dij, quantum erubuerunt, cum ad nuditatem & turpitudinem suam tegendam, ad frigora arcenda, ad agendam poenitentiam, pellibus, quasi cili-

cio, induti audire cogerentur: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est? Quin & ipsum malum suggestorem, vaferrimum daemone,

tamquam illusorem, illulit saepius diuinus artifex; quem David ita allocutus est: Draco

Psal. 103.

iste, quem formasti ad illudendum ei: nimirum, Draco magnus, rufus, habens capita septem, &

Apoc. 12.

cornua decem. Numquam enim convenientius vincitur, ait S. Gregorius, quam cum eius ver-

S. Gregor  
lib. 5. in  
primum  
Reg.

sutia pia fraude superatur. Ergo ars ut artem falleret, &, qui in ligno vincebat, in ligno quoque

vinceretur, passus est Christus se ad Crucem postulari. Hoc promiserat per Oseam dicens:

Osee, 13.

De manu mortis liberabo eos, de morte redi-

14.

nam eos: ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne. Mirè enim momordit versipellem

illam

H

illam



- illum, se instigasse populum, vt clamaret:  
 Ioan. 19. *Crucifige, crucifige*, postquam expertus est,  
 6. crucem in gloriam Christo; sibi autem in  
 ignominiã cessisse, atq; in interitum regni.  
*Quodq; mirabile est*, ait S. Chrysostronus, *vi-*  
*debis mortem morte peremptam; & maledictum*  
*esse maledicto extinctum; & per qua diabolus*  
*iam antè maximè valebat, per ea ipsa tyran-*  
*nidem illius esse destructam.* Vt autem verbo  
 crucis, ita & diuinæ Scripturæ verbis retor-  
 tis, hostem Stygium percussit Seruator. Vo-  
 lebat ei persuadere satan, vt se de pinnaculo  
 templi mitteret deorsum: quod vt persua-  
 deret, dixit: *Scriptum est enim: Quia Angeli*  
 Matth. 4. *suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ut*  
 6. *fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum.* Vt ten-  
 tatore hunc reijceret, ait illi Iesus: *Rursum*  
*scriptum est: Non tentabis Dominum Deum*  
*tuum.* Ac redeuntem rursus Scripturæ ver-  
 bis percussit. Ita à se reiecit etiam Phariseos  
 Matth. 12. *dicentes: Hic non eijcit demones, nisi in Beel-*  
 24. *zebub principe demoniorum.* Retorsit enim  
 Luc. 11. 15. *calumniam iisdem verbis inquit: Si ego in*  
*Beelzebub eicio demones, filij vestri in quo eij-*  
*ciunt? Ideò ipsi iudicos vestri erunt.* Ita alibi  
 Luc. 19. *dixit: Ex ore tuo te iudico, serue nequam, scie-*  
 22. *bas, quòd ego homo austerus sum, tollens quòd*



non posui, & metens, quod non seminavi, &c.

§. VI.

*Maledicta Deus maledictorum metu  
impedit.*

Et quare Deus homines suo ipsorum iudicio non damnaret, verbisq; proprijs conuinceret, cum hæc sit vñtatissima, inter ipsosmet homines consuetudo? Thrasillus Cynicus ab Antigono rege drachmã petijt, vt scribit Seneca. *At regi, inquit Antigonus, hoc dare non conuenit. Illo subiçiente, Da igitur mihi talentum: Atqui, respondit sapientissimus Princeps, hoc accipere non decet Cynicum.* Potuisset vertere argumentum Thrasillus ac dicere, seu drachmam, seu talentũ dederis, non exerrabis. Si drachmam dederis, mihi conueniet; si talentum, tibi. Sic verbis velut datatim luditur. Verbis pariter ac reipsa lusit homo Scythia. Inhorrescente cælo cum aliquando copiosa nix cecidisset, interrogauit rex Scytharum quemdã nudum perseuerantem, *Annè frigeret? qui è contrario regem interrogauit. Rigeatné ipsi frons? cumq; ille negasset: Ergo, ait, ne ego quidem rigeo, qui quantus quantus sum, frons sum.* Hæc amicè, & iocosè respondentur. Aculeatè interrogata, responsonem itidem

Seneca  
lib. 2. de  
benef.  
c. 17.

Ælian.  
lib. 7. var.  
hist. c. 6.